

xxxvi au Très Saint Sacrement.

laudat exercitus.
Te per orbem terrarum sancta confitetur Ecclesia.
Patrem immensæ majestatis;
Venerandum tuum verum
et unicum Filium.
Sanctum quoque Paraclytum Spiritum.
Tu Rex gloriæ, Christe.
Tu Patris sempiternus es Filius.
Tu ad liberandum susceptures hominem, non horruisti
Virginis uterum.
Tu, devicto mortis aculeo,
aperuisti credentibus regna cœlorum.
Tu ad dexteram Dei sedes,
in gloria Patris.
Judex crederis esse venturus.
Te ergo, quæsumus, tuis famulis subveni, quos pretioso
sanguine redemisti.
Æterna fac cum sanctis tuis
in gloria numerari.
Salvum fac populum tuum,
Dñe, et benedic hæreditati tuæ.
Et rege eos, et extolle illos
usque in æternum.
Per singulos dies benedicimus te
Et laudamus nomen tuum in
sæculum, et in sæculum sæculi.
Dignare, Domine, die isto
sine peccato nos custodire.
Miserere nostri, Domine:
miserere nostri.
Fiat misericordia tua, Dñe
super nos, quemadmodum
speravimus in te.
In te, Domine, speravi:
non confundar in æternum.

Au Très Saint Sacrement.

salutaris hostia
Quæ cœli pandis ostium:
Bella premunt hostilia,
Da robur, fer auxilium.



Au Très Saint Sacrement. xxxvii

Uni trinoque Domino
Sit sempiterna gloria
Qui vitam sine termino
Nobis donet in patria. Amen.

Verbum verum corpus natum ex Maria Virgine:
Vere passum immolatum
in cruce pro homine;
Cujus latus perforatum
unda fluxit et sanguine.
Esto nobis prægustatum
mortis in examine.
O Jesu dulcis: O Jesu pie:
O Jesu fili Mariæ.

Tantum ergo Sacramentum
Veneremur cernui:
Et antiquum documentum
Novo cedat ritui:
Præstet fides supplementum
Sensuum defectui.

Genitori, Genitoque
Laus et jubilatio,
Salus, honor, virtus quoque
Sit et benedictio:
Procedenti ab utroque
Compar sit laudatio. Amen.

℣. Panem de cœlo præstitisti eis.
℟. Omne delectamentum in se habentem.

Oremus

Deus qui nobis sub sacramento mirabili passionis tuæ memoriam reliquisti; tribue, quæsumus; ita nos corporis et sanguinis tui sacra mysteria venerari, ut redemptionis tuæ fructum in nobis jugiter sentiamus. Qui vivis et regnas in sæcula sæculorum. Amen.

Livre de Prières Tissé d'après les Enluminures des Manuscrits du XIVe au XVIe Siècle LYON, 1886–1887 THE WARNOCK LIBRARY Octavo